Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Synonyma Ciceronis - Cod. Ettenheim-Münster 40

Cicero, Marcus Tullius

[S.l.], 1506

Libullo

urn:nbn:de:bsz:31-108148

Visual Library

Tibullus

Non opibus mentes hominum cureque levantur
¶ Nam fortuna sua tempora lege gerit
Vidi iam iuvenem premeret cum tardior etas
¶ Utere · non tardo labitur illa pede
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte
¶ Et pavidas mentes falsa timere iubent
Parva seges satis est satis est requiescere lecto
¶ Si licet et solito membra levare thoro

Fictilia antiquus primum sibi fecerit agrestis
Pocula : de facili composuitque luto
Parva seges satis est : satis est requiescere lecto
Si licet . et solito membra levare thoro
Vidi ego qui iuvenum miseros lusisset amores
Post veneris vinclis subdere colla senem
Longa dies homini docuit parere leones
Longa dies molli saxa peredit aqua
Annus in apricis maturat collibus uvas
Annus agit certa lucida signa vice
Nec iurare time veneris periuria venti
Irrita per terras et freta summa ferunt
At si tardus eris errabis transiet etas
Quam cito non segnis stat remeatque dies

Moreris tardos preterisse dies
At ni dum primum floret iuventus temporis etas

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

Quam cito purpureos deperdit terra colores
¶ Quam cito formoſas populus alba comas
Que referent muſe viuet dum robora tellus
¶ Dum celum ſtellas dum vehit amnis
Neſcio quid furtiuus amor parat vtere queſo
¶ Dum licet in liquida nat non tincta aquas
Hunc tenuere diem parce fatalia nentes
¶ Stamina non illi diſſoluenda deo .
Quid non mirum molles pdeſt coluiſſe capillos
¶ Sepeque mutatas diſpoſuiſſe comas
Quid fuco ſplendente genas ornare quid vngues
¶ Artificis docta ſubſecuiſſe manum
Munera ne poſcas : det munera canus amator
¶ Vt foueat molli frigida membra ſinu
Carior eſt auro iuuenis : cui mollia fulgent
¶ Ora : nec amplexus hiſpida barba terit
Heu ſero reuocatur amor ſeroque iuuenta
¶ Cum vetus infecit cana ſenecta caput
in altero latere — At tu dum primum floret tibi temporis etas
Sera tamen tacitis pena venit pedibus
Sepe ſolent auro multa ſubeſſe mala
Diuitis hoc vitium eſt auri nec bella fuerunt
¶ Faginus aſtabat cum ſciphus ante dapes
Quis furor eſt atram bellis arcerſere mortem
¶ Imminet et tacito clam venit illa pede

Interea pax arua colat: pax candida primum
Duxit araturos sub iuga curua boues
Pax aluit vites et succos condidit vue
Funderet ut nato testa paterna merum
Pace bidens vomerque viget at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs

Ex secundo Tibulli

Luce sacra requiescat humus Requiescat arator
Et graue suspenso vomere cesset opus
Omnia sint operata deo non audeat ulla
Lanificam pensis imposuisse manum
Vina diem celebrent non festa luce madere
Est rubor errantes et male ferre pedes
Glans alit veteres ut passim semper amarent
Quid nocuit sulcos non habuisse satos?
Iam mala finissem leto sed credula vitam
Spes fouet et melius cras fore semper ait
Spes alit agricolas spes sulcis /reddit/ aratis /credit
Semina que magno foenore reddit ager
Hec laqueo volucres. hec captat arundine pisces
Cum tenues hamos abdidit ante cibus
Spes etiam valida solatur compede vinctum
Crura sonant ferro sed canit inter opus
Non opibus mentes hominum curaeque leuantur
Nam fortuna sua tempora lege regit

Salue cera deum casto nam rite poete
Phebusque et Bachus pieridesque fauent :
Ah crudele genus nec fidum femina nomen
Ah pereat didicit fallere si qua virum
Ergo ne dubita blandas adhibere querelas
Vincuntur molli pectora dura prece :
Ille facit dites animos deus ille ferocem bachus
Contudit et domine misit in arbitrium
At nos secure reddamus tempora mense
Venit post multas una serena dies
Hei mihi difficile est imitari gaudia falsa
Difficile est tristi fingere mente iocum
Nulla fides veneri periuria ridet amantum
Iuppiter et ventos irrita ferre iubet
Parvaque celestes pacavit mica sepe nec illis
Semper inaurato taurus cadit hostia cornu
Hunc quodcunque tuum est nostri sit parvula cura
Sit nisi quanta libet sit sit modo non mihi regna lydie
Nil opus invidia est procul absit gloria vulgi
Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu

Homerus poeta grecus

Jurgia iam cessent inter mulieribus iste
Quum rixas auuit et sa clamore soluto
Extra tecta ferunt et verba minantia jactat

Haud impune sinut. super scelera impia quamque
Dispalerint culpas hominum graviora morantes
Supplicia

Non vni det cuncta deus formosus vt idem
Sit simul et prudens ac multa laude desertus
Quem spene cauit deus hunc venerabilis ornat
Viribus eloquij

Dura quidem res est mortalibus ira deorum
plus valet humanis viribus ira dei

Mortales enim pemtis Labuntur in omne
Prempites quoniam sontes via dunk ad ipsam
Hoc quia vel nobis jam tu nascentibus heret

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST